Macer murenas tantũ fœminini ſexus eſſetradit:& concipere e ſerpẽtibus:ut diximus ob id ſibilo
a piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari & capi pingueſcere iactatu.Fuſte nõ iterimi.Eaſdẽ feru
la protinus.animã in cauda habere certum eſt:eaq; icta celerrime exanimari:& capitis ictu difficulter
nouacula & ferrũ qui piſce tacta ſunt:olent. Duriſſimũ eſſe piſciũ conſtat:qui orchis uocetur:rotun
dus eſt:& ſine ſquammis:totuſq; capite conſtat.miluago quotiens cernatur extra aquam uolitans tẽ
peſtates mutari.Trebrius niget auctor eſt.xiphiam ideſt.gladiũ roſtro mucronato eẽ: ab hoc naues
perfoſſas mergi in oceano ad locũ mauritaniæ qui cotta uocetur:uocetur non procul a lyxo flumie
idẽ loligines euolare aqua tradit:tanta multitudine ut nauigia demergant.& manu ueſcuntur piſces
in pluribus quidẽ Cæſaris ullis Sed quæ quæ ueteres ꝓdidere in ſtagnis nos in piſcinis ammirati in
eloro ſiciliæ caſtello nõ ꝓcul ſyracuſis.itẽ in labra Cnidii iouis fonte ãguillas.& eæ ĩ aures additas
gerũt Similiter in chio iuxta ſeuũ delubrũ.in meſopotamiæ quoq; cabura de quo diximus piſce.
Nam in lyciæ lymira fonte Apollinis:quem dinũ appellat ter fiſtula euocati uenium ad augurium.
Diripere eos carnes abiectas lætũ eſt conſultantibus:caudis abigere dirũ hierapoli ſyriæ in lacu Ve
neris æditυoꝶ uocibus parent uocati:exornati auro ueniunt adulantes.Scalpuntur ora hiãtia mani
bus inſerendis præbent.in ſtabiano campaniæ ad herculis petram:melanuri in mari panem abiectũ
rapiunt iidemq; ad nullũ cibũ in quo hamus ſit.accedunt.nec illa in nouiſſimis mira: amarariſſimos
eſſe piſces ad pelen inſulam & ad clazomenas.Cõtra ad ſcopulũ ſiciliæ :ac leptin africæ & euboeã &
dyrrhachiũ:Rurſus ita ſalſos:ut poſſint ſalſamenta exiſtimari.Circa cephaleniam & ampelon paron
& deli petras in portu eiuſdem inſulæ dulces.Quam differentiam pabulo conſtare:non ẽ dubiũ. ap
pion maximũ piſciũ eſſe tradit porcum:quem lacædemonii orthragoriſcũ uocant.Grunire eum cũ
capiatur.Eſſe uero illam naturæ accidentiam quod magis miremur etiam in locis quibuſdam : ap-
poſito occurrit exemplo.Siquidẽ ſalſamenta omniũ generũ in italia beneuenti recentia effici con-
ſtat.piſces marinos in uſu fuiſſe protinus a condita roma:auctor eſt Caſſius hemina:Cuius uerba de
ea re hic ſubiiciam.numa conſtituit ut piſces qui ſquamoſi non eſſet ni pollincerent patrimonia cõ
mentus ut conuiuia publica:& priuata cœnæq; ad puluinaria facilius compararentur:ni q ad pollin
ctũ emerent:precio.minus parcerent:eaque præmercarentur.Quantũ apud nos : indicis margaritis
pretiũ eſt:de quibus ſuo loco ſatis diximus tantũ apud indos in chorallio.namque iſta perſuaſione
gentiũ conſtant.Gignitur quidem & in rubro mari:ſed nigrius:item in perſico uocatur iace .lauda
tiſſimũ in gallico ſinu:circa orchadas inſulas.& in ſiculo circa heliam & drepanũ:naſcitur apud gra-
uiſcas:& ante neapolin campaniæ:maximeq; rubens:ſed molle:& molle utiliſſimũ erythris.forma ẽ
ei frutcis:color uiridis.Baccæ eius candidæ ſub aqua ac molles:exemptæ confeſtim durantur & ru-
beſcũt:corna ſatiua ſpecie atque magnitudine aiunt tactu protinus lapideſcere.ſi uiuat. itaq; occupa
ri euelliq; retibus.aut acri ferramento præcidi.Hac de cauſa ceraliũ uocitatũ interpretantur.probatiſ
mũ quam maxime rubent:& quam ramoſiſſimũ:nec ſcabroſum:aut lapideũ:uel rurſus inane: aut cõ
concauũ:auctoritas baccaꝶ eius nõ minus indoꝶ uiris quoq; præcioſa ẽ:q̃ fœminis noſtris uniões
ĩ dici.autiſpices eorum uateſq; iu primis religioſum id geſtamen amoliendis periculis arbitrantur.
itaq; & decore & religione gaudent.priuſquã hæc noteſcerẽt galli gladios:ſcuta galeas adornabant
eos nunc tanta penuria uendibili merce:ut per quam raro cernatur in ſuo orbe.Surculi infãtiæ adal
ligati:tutelã habere creduntur.Contraq; tormĩnũ ac ueſicæ & calculoꝶ mala:in puluerẽ igne redacti
potiq; cũ aqua auxiliantur.ſimili modo ex uino poti:aut ſi febris ſit ex aqua ſomnũ efferunt. ignibꝰ
diu repugnant.ſed eodem medicamine ſæpius poto tradunt lyenẽ quoq; abſumi ſanguinẽ reiiciẽti
bus excreantibuſq; medentur.Cinis eoꝶ miſcetur oculorum medicamentis.ſpiſſat enim.ac refrige
rat Vlcerũ caua explet.Cicatrices extenuat Quod ad repugnãtiã rerum attinet: quam græci antipa
thiã uocãt nihil:eſt uenenatius uſquã:q̃ in mari paſtinaca utpote cũ radio eius arbores necari dixeri
mus hanc tamẽ perſequitur galeos.idem & alios quidẽ piſces ſed paſtinacas præcipue.ſicut in terra
ſerpentes muſtela.Tanta eſt auiditas ipſius ueneni:percuſſis uero ab ea medetur & hic quidẽ: ſed &
mulius ac laſer.

Ciralium
uel curaliũ
Scabioſum
Dioſcu

De his quibus in terris & in aquis uictus eſt:& de caſtoreis me
dicinæ:& obſeruationes. Cap.iii.

SPectabilis naturæ potentia in iis quoq; quibus & in terris.& in aqua uictus eſt . ſicut & fi
bris quos caſtores uocant & caſtorea teſtes eorũ amputari hos ab ipſis cum capiuntur ne
gat.ſeſtius diligentiſſimus medicinæ.Quinimmo paruos eſſe ſubſtrictoſq; & adhærentes
ſpinæ:nec adimi ſine uita animalis poſſe.adulterari autem renibus eiuſdẽ qui ſint grandes : cũ ueri
teſtes parui admodũ reperiantur.præterea ne ueſicas quidem eſſe cũ ſint geminæ.quot nulli anima
lium in iis foliculis inueniri liquorem:& aſſeruari ſale.itaque inter probationes falſi eſſe folliculos